

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: 8 epigrammer under portrætter på Stjerneborg

Citation: Brahe, Tycho: "8 epigrammer under portrætter på Stjerneborg", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer, 1913-29, s. 274.  
Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho06tom-shoot-workid54355/facsimile.pdf> (tilgået 19. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

## 274      EPISTOLARUM ASTRONOMICARUM

ex quo etiam Poëtæ hæc fabularum involucris texerint, ne vulgus imperitum capere possent.

Habet quoque hoc ipsum Hypocaustum quatuor fenestras statim supra terræ planitiem, ex solidis lapidibus laqueatas, idque in quatuor Angulis huius quadrangularis vaporarij, quorum quilibet plagam mundi, meridiano & circulo verticali principaliori (qui videlicet huic ad angulos rectos confluit) prorsus intermediam, adamusim respicit; sicque in hoc Hypocaustum, licet subterraneum sit, fatis diurnæ lucis intromittitur.

In singulis huius parietibus, supra limbum arte fabrili lignariâ scite elaboratum, binorum Astronomorum Effigies quasi in longum recumbentium, pictæ conspiciuntur, ita ut octo simul sint, quorum quilibet in dicto limbo Dillichon subscriptum habet, quod eorum intentionem breviter exprimit. Nomina autem illorum & subscripti Versus in hunc modum se habent, ut nunc subiiciemus. ||

TIMOCHARES ALEXANDRINVS      244  
VIXIT ANNO 300. ANTE CHRISTVM.

*Salvete Heroës, vetus ô TIMOCHARI aveto,  
Ætheris ante alios ause subire domos.*

HIPPARCHVS RHODIVS      20  
VIXIT ANNO 120. ANTE CHRISTVM.

*Et qui mensus eras Solis Lunæque recurfus  
HIPPARCHE, ac quotquot Sidera Olympus habet.*

CL. PTOLEMÆVS ALEXANDRINVS      25  
VIXIT ANNO 140. POST CHRISTVM.

*Antiquos superare volens PTOLEMÆE labores,  
Orbis & numeris promptius Astra notas.*

ALBATEGNIVS ARATENSIS      30  
VIXIT ANNO 880. POST CHRISTVM.

*Emendare aliquid licet ALBATEGNIVS orfus,  
Non tamen exactas pertulit ire vias.*

ALPHONSVS REX HISPANIÆ      35  
VIXIT ANNO 1250. POST CHRISTVM.

*Quod Labor & Studium reliquis, tibi contulit Aurum  
ALPHONSE, vt tantis annumerêre Viris.*

NICOLAUS

## LIBER PRIMUS

275

NICOLAVS COPERNICVS TORONENSIS  
VIXIT CIRCA ANNUM 1520. POST CHRISTVM.

*Curriculis tritis diffise COPERNICE, Terram  
Inuitam, Astriferum flectere cogis iter.*

5 TYCHO BRAHE DANVS DE KNVDSTRVP  
CIRCA ANNUM 1580. POST CHRISTVM.

*Quæsitis Veterum & proprijs Normæ Aftra fubegi,  
Quanti id, Iudicium Posteritatis erit.*

TYCHONIDES.

10 *Te, venerande Parens, tuaque alta Inventa fequentem  
Det DEVS, Atlantùm continuare vices. ||*

245 In hoc autem fubterraneo Hypocaufto, a parte Orientali, explicato  
parietis mediano (vt vocant) intus ex muro conftans & fornicatus lectus  
confpicitur, in quo aliquando ipfe TYCHO, cum nubibus cœlum inter  
15 noctu obferuandum obducitur, quiefcere potest: veluti etiam ab altera  
itidem parte alius multo maior, extra tamen Hypocauftum, in vsum  
ftudioforum ipfius ordinatus, reperitur, idque in peculiari ad hoc de-  
putatâ Cryptâ, quæ etiam prorfus fubterranea eft: & licet teftudineata  
fit, tamen fuperius ad æquilibrium Horizontis plana apparet, ne quid-  
20 piam impediât.

## XVII.

Ab Occidentali Hypocaufti parte oblonga menfa collocata eft, cui is  
Studiofus afidet, qui Obferuationes confcribit. Poft eam menfam ad  
parietem, infra limbum, magnum pendet Inftrumentum, inftar Semi-  
25 circuli, vndiquaque tranfuerfis contignationibus firmatum, ac Ori-  
chalco in circumferentiâ obduftum. Hoc Diftantiæ Stellarum, quantæ-  
cunque fint, in toto etiam Hemifphærio capi poffunt. Habet autem in  
Diametro fex cubitos: Interdum & alibi reponitur, cumque eius vfus  
requiritur, (quod tamen raro fit) requifito exterius fulcro, quo in om-  
30 nem Stellarum fitum commode dirigi queat, non aliter quam in cæteris  
Sextantibus fieri folet, imponendum venit.

Vrfus Borolybicum prope menfam tria difpofita funt artificiofe con-  
fecta Horologia, quæ Horas, Minuta & Secunda defignant, ita vt qui  
Obferuationes in libro huic vfui quotannis deputato fcribit, his prope  
35 afidere, Momentumque, quo Obferuatio fit, mox animaduertere &  
annotare queat. Vni vero eorum ad frontifpiciũ, hoc Epigramma  
Orichalco incifum eft.

35\*

TEMPORA